5311 Comi ad aedem S. Iohannis evangelistae CYR. apud episcopum Caraffinum BERT. Cremonam haec non venit. — Ad aedem S. Iohannis evang. in suburbano LIL.: Romae addit REIN.

V F
L · VIRILIENVS · L · F · OVF
MASCELLIO · VI · VIR · GRATVIT
ET · APINIAE · PVPAE · VXORI
et MASCELLITAE · F · VIVI*s*

Duo exempla extant Cyriaci p. 49 n. 118 (inde Donat. 266, 4; item Lilius f. 123, unde, nempe ex schedis Langermannianis, traxit Reines. 6, 94) et Bertarellii n. 24 (inde Rovelli 1, 260 ex Caraffinianis et Borsierianis; Aldini n. 90; Monti n. 101).

2 VIRILLIENVS Cyr. (ed.). — L·F om. Lil. — 3 MASCELLIO Cyr., MASSELIO Lil., ASGELIO Bert. — 4 ET · APINIAE Bert., LMBINIAE Lil., LAMBINIAE Cyr. (ed.). — PAPAE Lil. — 5 MASCELLITAE (MASCELLIATAE Lil.) F (rel. om.) Cyr., MASCELLITAE F VIVIRI Bert.

5312 Comi nunc in aedibus Salomonis Ritechnii CIGAL.

IIII · VIR · A · P · III*i* · VIR · *i. d.*
PONTIFEX
FLAM · DIVI · TRAIANI

Franc. Cigalinus de nobilitate patriae ms. f. B 2 (inde non recte Monti n. 56).

1 III·VIR·T·P traditur.

5313 Comi in museo Giovio.

VI · VIRI · ET · DECVR

Contuli. Aldini n. 62; Monti n. 73.

5314 Comi in aedibus episcopi MUR. — In museo Giovio ALDINI, MONTI, errore opinor; ego certe ibi non repperi.

. . . .
. . . . . IMNI
ui VIR · SCRIB · PVB .
ORNAMENT · DEC
ORNATO

Mur. 765, 6 ex schedis suis, quae quae fuerint, ignoro (cf. n. 5328). Inde opinor Aldini n. 61, etsii neditam dicit (nam hoc dixit de multis, quas sumpsit ex libris); Monti n. 72.

1 M·N Ald. — 2 in. fractam non facit Mur.

Cf. Fronto ad amic. 2, 7: *lege Concordiensium cautum, ne quis scribam faxit nisi eum, quem decurionem quoque recte facere possit. Fuerunt . . . omnes et sunt adhuc . . . quibus umquam scriptus publicus Concordiae datus est, decuriones.* Comi contraria lex obtinuit ut in plerisque aliis rebus publicis, cum scriba accipiat ornamenta decurionalia; ea enim dari solent iis, qui a pleno honore obtinendo lege prohibentur.

5315 Comi in aede S. Andreae CYR. in testudine a sinistris versus aram maximam add. IOV. Deinde Comi, mox Cremonae in hortis Caraffinianis BERT. Postea in villa Picenardia, ubi vidi. Nunc Mediolani in Brera.

D · M
CAESENNI · EVGENI
MENSORIS
PVBLICI
FLORENTIVS
LIBERTVS

Contuli. Cyriacus p. 51 n. 129; Iovius f. 9 (inde Apianus 71, 4 male; Smetius 158, 25. 168, 12 ex Ap.; Ligorius ms. Taur. 6; Grut. 1035, 1 ex Ap. et Pighianis; Fabretti 749, 563 ex nescio quibus schedis Comensibus Reginae Christinae; Donat. 316, 3 ex Zaccaria); Bertarelli n. 11; Bianchi p. 128 tab. 15 (inde Orelli 3224); Rovelli 1, 262; Aldini n. 65; Monti n. 76.

5316 Comi in monasterii S. Abondii porticu IOV. Deinde Mediolani. 'A Philippo Comensi episcopo Archinteis adiecta' BORSIER. *Havuto nella diocesi di Como* ARCH. (ad Alc.). In museo Archinti ALD. Nunc in Brera.

vas cum racemis
D · M
FORTVNATI
TOPIARI
VALERIA · VXOR
ET · TERTIVS
DISCENS

Contuli. Iovius f. 17 (inde Apian. 73, 3; Grut. 651, 9 ex Apiano; Fabrett. 570, 134 ex Apiano; Orelli 4293); Borsierius 'ex lib. XVI' in cod. Paris. 5894 f. 6; Archintiana ad Alciatum f. 215, ed. p. 55; Aldini n. 126; Labus *ricoglitore Ital. e straniero* vol. 2 (1834) p. 574; Monti n. 141.

5317 Comi in aede divi Probini IOV. Nunc ibi apud Iovios. — Comi ad aedem S. Iohannis CYR.; Romae ad Minervam BOISS.

D M
C · PLINII
VALERIANI
MEDICI
QVI · VIXIT
ANN · XXII · M · VI · D · V
PARENTES

Contuli. Cyriacus p. 52 n. 136; B. Iovius syll. f. 44 (cf. hist. patr. p. 228; inde Alciatus Feae f. 4'; Choler. f. 44'; Apianus 82, 2; Smetius 168, 3 ex Apiano; Grut. 635, 1 ex Apiano et Pighianis; item opinor Fr. Cigalinus ms. f. E 1; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 96; Boissard 5, 60; Palermus de vera Plin. patr. p. 167); Rovelli 1, 255; I. B. Giovio *uom. ill.* p. 188; Aldini n. 45; Monti n. 53.

Plinius Valerianus is, cuius sub nomine feruntur de re medica libri V, num idem sit, videant ii ad quos ea res pertinet.

5318 Comi in museo Giovio.

SVRIONIS
VICARI
TROPHIMI · M · C · ACT

Contuli. Aldini n. 161; Monti n. 177.

Surio vicarius fuit Trophimi, Trophimus actor M. C(aecilii?) vel M(arciae?) C(larae?).

5319 Comi in S. Abundii.

L · ALBVCI

Descripsi.

5320 Comi in delubro S. Laurentii IOV.

D M
ANNIAE
AGATHONICES
VITA · BREVIS · LONGO · MELIOR · MORTA
LIBVS · AEVO · NAM · PARVO · SPATIO
FLORVIT · HAEC · ANIMA · BIS · DENOS
PERFVNCTA · ANNOS · SINE · CRIMINE
MORVM · VITA · BEATA · FVIT · SPIRI
TVS · HIC · NITVIT · AT · PATRVM · MISE
RANDA · AETAS · ANIMA · CRVCIATVR
POENA · QVE · DE · LONGO · TEMPORE · LON
GA · DATA · EST · DE · SENIO · LVCTVS · SENI
VM · FLETV · RENOVATVR · VTRAQVE
RES · MORTIS · DVRIOR · EXITIO · DAT · TA
MEN · HAEC · PATRONAE · PIETAS · SOLA
CIA · FIDAE · IVGERA · QVOT · TERRAE
DEDICAT · HIC · TVMVLVS

Servavit Iovius f. 63: 'monumentum mihi pictor meus, qui ad unguem, ut videre est, collectanea ista penniculo distinxit, laetus ostendit, cum ne unum quidem ad hanc urbem postea facile inventu fore arbitratus me ipsum ad remotiora contulissem, quando nostra curiositas nec illi templo defuerat'. Inde reliqui: Alciatus Feae; Apianus 87, 3; Fabricius p. 124; Smetius 171, 24 ex Apiano; Grut. 931, 9 ex Apiano; Borsierius exc. Traiect. f. 94 ex Cruceio; Malvasia p. 596 ex Francisci Ballarini chronico Comensium; Bonada II, 409 ex schedis Iovianis; Rovelli 1, 265; Aldini n. 106; Monti n. 120; Burmann anth. 4, 359; Meyer anth. n. 1443.

14 DVLCIOR pro DVRIOR Apian. — 16 CIA Iov. (Ambr. et mun., item Alc. Apian.), TIA exempla deteriora.

5321 in pagi Lucini sacello IOV. — Patavii GRUT. FURL. errore.

D · M
ATTIAE
FORTVNATAE
PVBLICIVS
VALERIANVS
CONIVG · IN
COMPARAB

Servavit Iovius f. 52*a*. Inde Apianus 82, 4; Manutius orth. 1561 f. 41, 1566 p. 646, 4; Grut. 759, 11 ex Manutio (inde Furlanettus lap. Pat. p. 265 n. 286); Mur. 1305, 4 per Argelatum ex Iovianis, ubi male adsuitur quae apud Iovium sequitur; Aldini n. 147; Monti n. 163.